



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Vita Abbatis Thallelæi Cilicis Capvt. LIX.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

liano Stylte narrauit, quod leo iuxta eum locū, in quo morabatur, apparuerit, plurimosq; peregrinos, & indigenas necare solitus fuerit. Die ergo quadā aduocans discipulū suum senex, Pancratiū nomine dixit ei: Vade fermē duo millia passuum ad Austrum, inueniesque illic leonem iacentem, cui dices, Humilis Iulianus in nomine Iesu Christi filij Dei viuificātis omnia, tibi pręcipit, ut recedas ab hac prouincia. Profectus uero frater inuenit leonem iacentem. Cūmq; uerba senis illi dixisset, continuo recessit leo.

Etiam immanissimis bestijs Sancti in uirtute Dei imperant.

Vita Abbatis Thallelai Cilicis

CAPVT. LIX.

ABBAS Petrus presbyter eiusdem monasterij narrauit nobis de Abbate Thallelao Cilicis, quod LX annos transegisset in uita monastica nunquam flere desistens, dicensq; iugiter: Tempus hoc nobis ad pœnitentiam indultum est, & valde requiretur a nobis, si illud neglexerimus.

Ecce quomodo uera pœnitentia habet secum dolorem de peccatis commissis, & non tantum nouam uitam.

Factum egregium Sanctimonialis femina, per quod compactus adolescens eius amator, monachus effectus est.

CAPVT. LX.

Quidam uir fidelis narrauit nobis, cum in Alexandria essem, tale quiddā Sanctimonialis (inquit) quædā sedebat in domo sua uita solitaria ducens; alutisq; suę valde sollicita, ieiunijs,